

nascitur, de quo Calliope nunc loquitur. Poniit plura verba more poetarum, cum satis fuisset dicere se venisse ad montem Parnasi.

[5. V. 13] Nostrarum sororum, id^g est novem^g Musarum.

[6. V. 14] Phebus, id est Apollo.

30 [7. V. 16] Nata venis. Vocat Apollo Calliopem filiam suam, quia omnes Muse filie sunt Apollinis, id est solis, quoniam sol est causa scientie.

[8. V. 17] Incipio tunc. Hic ponit Calliope responsionem, quam fecit Apollini interroganti, unde veniret. Incipio tunc, scilicet dicere et respondere.

[9. V. 20–21] Belgarum. Belgia est patria, in qua est Brabancia^h, Picardiaⁱ usque ad Rhenum continetque Aquasgrani, ut placet Cesari in Commentariis⁴.

40 [10. V. 25–26] Magnus ab Hystro. Magnus, scilicet Fridericus, rector populi Romani, ab Hystro, id est Danubio, qui transit per Austriam, unde rex veniebat.

[11. V. 33–34] Qualis Ylas. Equiparat Calliope ducem Ludovicum Bavarie Yle, qui fuit pincerna Herculis, et Ganimedi filio Laomedontis regis Asie, quem Iupiter propter formositatem^j rapuit in celum et fecit pincernam suum. Hi ergo ambo^k pulcherrimi adolescentes fuerunt, quibus Calliope equiparat ducem Ludovicum, ut sic et etatem ostendat et formam.

[12. V. 38–39] Victor remeabat eoīs, id est orientalibus populis, et dicit Fridericum talem pompam habuisse, quando intravit Aquasgrani, qualem habuit Alexander, quando ex India rediens post multas victorias ingressus est Babiloniam.

[13. V. 41] Romulidum princeps, id est Romanorum rex, scilicet Fridericus.

55 [14. V. 46–49] Sed tu quem nosse futura. Post responsum datum interrogat Calliope Apollinem de futura vita Friderici.

[15. V. 47] Tripodes, id est mense, que parabantur Apollini.

g–g) id est *fehlt*; nomen *M*.
formositatem *KMN*.

h) Barbancia *KN*.
k) *undentlich* *K*, ambe *N*.

i) Prehardia *KN*.

j) de-

4) Caesar, *De bello Gallico* 1, hier aktualisiert durch den Verweis auf Brabant, Pikardie und Aachen.